

CHRISTI
451.LEONIS PAP.
12.VALENTIN. 27. IMPP.
MARCIANI 2.

Judicium factum est, ut e Patrum confes-
tu dimotus Dioscorus, federit in medio,
reliquis Episcopis in propriis locis confi-
dentibus, atque ita de ipso iudicium in-
choaretur. Hæc ipsa Acta docent: idem
(a) Evagr. & Evagrius (a) ait, nimirum quod tunc
loco cedere compulsus est Dioscorus, &
ut reus in medio statutus, rationem red-
diturus, de quibus ab adversariis accusa-
retur.

LXXII.

Ita quidem consultius visum est, quam
illum e Synodo jubere recedere, & trium
citationum longa mora juberi iudicio sisti.
Sic igitur homo arrogans Dioscorus reus
in medio constituitur causam dicturus,
& iudicium subiturus. Quo facto, Euse-
bius Episcopus Dorilæi accusator progres-
sus in medium, obtulit libellum contra
Dioscorum, seu epistolam ad Imperato-
res, hæc proclamans cum lacrymis inter
alia: *Læsus sum a Dioscoro, læsa est fi-
des, occisus est Flavianus (lacrymis im-
pleor) simul mecum injuste damnatus est:
jubete meas preces perlegi.* Lectus est li-
bellus precum Eusebii, quo etiam cognos-
ci petiit Acta in Ephesina pseudosynodo
confecta. His intercessit Dioscorus, at-
que agendum primum esse de fide conten-
dit. Sed interlocutione iudicium cogni-
torum primum omnium ipsa Ephesina A-
cta iussa sunt legi.

LXXIII.

Dum vero ea legerentur, ventumque
esset ad epistolam Theodosii Imperatoris,
legereturque, Theodoretus veritus Syno-
do interesse: Judices interlocuti dixere,
eum admittendum esse in Synodum, cui
sanctus Leo Papa Episcopatum restituis-
set, atque Imperator adesse sanxisset: sic-
que omnium Patrum consensu intromis-
sus Theodoretus, cum Episcopis sedit,
reclamantibus licet Ægyptiis, Palæstinis,
& Illyricis Episcopis, qui cum Nestoria-
num esse calumniati sunt: adversus quos,
qui dira passi erant Ephesi, exclamarunt
Episcopi Orientales, Pontici, atque Thra-
ces. Sed reclamavit Dioscorus, asserens
receptione Theodreti eiici S. Cyrillum,
qui ab eo fuisset excommunicatus. In-
quem illi unanimiter exclamantes, dixe-
re: Dioscorum homicidam foras mitte.
Sicque concertantibus ad invicem Theodo-
reti causa Orientalibus & Ægyptiis, in-
terloquentibus Judicibus, sedere iussus est
Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS

cis & Latinis; annotasse; distinxisse, apparet eum
non contentum fuisse officio Collatoris, sed tex-
tum quoque emendasse, ubi occasio tulit. Pra-
terea cum Latina Actorum Chalcedonensium Col-
lectio, quæ nunc omnium manibus versatur,
sit antiquior Rustico, eique emendanda: is ad-
laboraverit, ut Quenellus fatetur, dubitandum
non videtur, quin Rusticus multa in ea muta-
verit; cum multa & innumerabilia illic esse
diversa ab antiqua versione, ostendant variantes
lectiones a Baluzio collectæ. Quare omnino ex-
istimandum Rusticum Gestæ Concil. Chalced., con-

Theodoretus, deque ejus causa postea a-
gendum esse definire.

Post hæc vero, ubi Ephesina legicæ-
perunt Acta, Dioscorus, cujus causam
primo cognosci debere, Judices interlo-
quendo stabilierant, excusans se atque
attenuans delictum suum, dixit, non se
tantum, sed & Juvenalem Hierosolymo-
rum Episcopum, atque Thalassium Cæsa-
riensem fuisse præfatos a Theodosio Im-
peratore Synodo Ephesinæ, atque Acta
omnia confirmata esse ab æstantibus Epi-
scopis, qui præsentibus fuerunt. Contra
vero reclamantes Episcopi dixerunt, nul-
lum voluntarie subscripsisse, sed vi coa-
ctos: his addidere vim adhibitam per mi-
lites fustibus, gladiis, minis exilii, & e
sedibus abdicacionibus, contumeliaque
in Flavianum iactatas: inter alios hæc plu-
ribus exaggeravit Stephanus Episcopus
Ephesinus. Tunc Vero Ægypti Episcopi,
qui Dioscoro favebant, his omnibus suam
ipsorum exprobaverunt ignaviam, nimi-
rum quod dixissent, quod vi compulsi
nolentes subscripsissent: exclamantes ju-
re in eos verbis illis: *Christianus nemi-
nem timet, Catholicus neminem formidat;*
Longeque abesse a Christiana constantia
addiderunt, per vim adigi ad id quod cre-
dit esse peccatum.

LXXIV.

Rursum cum pergerentur eadem Ephe-
sina Acta legi, iterum Orientales in Dios-
corum concitantur ob contumeliam Fla-
viano irrogatam, qui in Synodo sit com-
pulsus quinto loco sedere. Addiderunt
& de vi tunc illata Notariis. Fit de-
mum omnium lapsorum, qui Ephesi sub-
scripserunt, una vox clamantium: *Omnes
peccavimus: omnes veniam poscimus.* Ad
hæc insuper, dum eadem Acta legeren-
tur, crebræ ab Orientalibus Episcopis in-
gestæ querelæ fuerunt, asserentibus, ea-
dem Acta a Dioscoro esse depravata at-
que corrupta. Cumque ad finem profes-
sio facta ab Eutychete ex eisdem Actis
recitaretur; aperuerunt Orientales versi-
pellis imposturam dicentes: *Sic Euty-
chetem confessum esse Filium Dei de Spiri-
tu sancto incarnatum, ut tamen omiserit,
Ex Maria Virgine.*

LXXV.

Expedita recitatione Actorum Ephe-
sinorum, iussæ sunt legi res gestæ in Sy-
nodo Constantinopolitana, in qua damna-
tus

LXXVI.

M 2

tus

tulisse cum codicibus Græcis & Latinis, annota-
tiones suas apposuisse, & quæ obscura erant,
distinxisse. Baluzius magna diligentia & labore
annotavit, quid a veteri interprete præstitum
sit, quid ab aliis, qui post inventam artem Ty-
pographicam ediderunt eandem Antiquam inter-
pretationem. Singularia etiam habet de editio-
nibus Conciliorum a Jacobo Merlino, Petro
Crabbo, Laurentio Surio, Editoribus Romanis,
Binio, & Auctoribus editionis Regiæ curatis,
quæ legisse non pigebit.

Mars